

Et es super humeros iumentorum, pro iumentis, omnes similiter transfulerunt *πάλαι*, id est pullos asinorum. Terra autem tribulationis, & angustia, latissimam e-remi significat uasitatem, per quam reliquæ Hierusalem cum Ioanem filio Careæ, & filiabus regis

habitant. Verbum Hebraicum *אקל* Aquila *ἄρρα* i. G impetum & superbiam; Symmachus turbatione, *lxx*, *μάταια* i. uanitatem: Theodotio, latitudine interpretati sunt: quod tribus litteris scribitur, *אקל*, & ipium est quod in psalmis legitur: Memor ero Raab, & Babylonis scientium me. Et est senius: Quoniam in Aegyptiis unum auxilium est, præcepi ei. i. Hierusalem, siue clamaui: quod Aegyptii regni tantum haberent uocabulum, & absque uiribus superbiam, & Israel in terra sua federe, uel habitare deberet, nec frustra ab infirmis auxilium petere. b ¶ Nunc ingressus est eis sup. &c.) Aiut Hebraei, quoniam in prophetis unus sit spiritus, & omnia apud domini iuncta sint tempora, Hieremie præcipi, & dei esse mandat, ut ingressus Aegyptum scribat eis super buxum, quod lignum est impudibile, siue ut Symmachus translulit, *ἕως ἄνω* i. super latissimam tabulam. Eis autem, haud dubium quin Iudæis, & in libro diligenter edidderat, ita ut nulla difficultas sit lectionis, ut quando uaticinium fuerit rebus expletum, tunc intelligant uerum prophetarum esse sermonem. Manifesta transcurrimus, ut in obscurioribus immoremur. c ¶ Populus enim ad iracundiam, &c.) Perspicuum est, quod ad iracundiam prouocauerint dominum, Hieremie uerba audire nolentes. Qui dixerunt ei: Noli nobis uidere, quod nolimus: noli nobis interdicare uiam Aegypti, nec quæ recta sunt prædices: sed loquere quod nobis placet, ut pergamus in Aegyptum: quod cum uolent peccata peccatis. Quid nobis ingeris quod non libenter audimus? quid monstras uiam per, quam ingredi nolimus? Quid frequenter ingeminas auribus nostris: Hæc dicit dominus sanctus Israel? Cesset a nobis ista prædicatio. Secundum tropologiam, omnes hæretici mendaces filii appellantur. Ex nobis enim exierunt, sed non fuerunt ex nobis: qui non audiunt interioris hominis auribus legem dei, & ecclesiarum loquuntur magistris: Noli nobis uidere quæ recta sunt, nec gehennæ flammam comminimini, sed promittite nobis regna celorum: ut post luxuriam, & delicias, pandatur nobis paradisus. Quid mihi ostendis uiam domini, per quam non libenter ingredior? Quid replicas nomen sancti Israel, siue uerbum Israelis, quod mei peccatoris arcana non penetrat? Quod quidem, & ad populum ecclesiarum dicitur negligentem, si auerfetur a ueritate magistrorum, & adulatoribus faueat.

Hiero. 43. b

Nu. 23. d

Ezech. 1. 9. a

Matth. 3. b

Sup. 5. b

Sup. 3. a

Hiero. 46. f

Sup. 17. a

Luc. 10. c

Apoc. 12. a

Sedechiæ, sublati omnibus quæ habere poterat, ad Aegyptum transfugerunt. Leenam quoque & catulum leonis, Hierusalem & populum eius *μετανοίας* intellige, dicente Baalam in Numeris: Ecce populus, ut leena conflagret, & quasi leo erigetur: Non accubabit donec denoret prædam, & occisorum sanguinem bibat. In Ezechiele quoque scriptum est: Assume plantam super principem Israel, & dices: Quare mater tua leena inter leones cubauit, in medio leuenculorum enutriuit catulos suos? Ac ne putaremus uere scripturam sancta de leena & leone dicere: contra naturam rerum loquitur, quod de leena & leone nata sit uiperas, & regulus uolans, siue gemina aspidum uolantia: quod uide licet de malis parentibus peiores generati sint liberi, de quibus & euangelium loquebatur: Generatio uiperarum, quis ostendit uobis fugere ab ira uentura? Et ad terram dicitur Israel: Tu es terra, in qua non pluit, nec imber uenit super te in die iræ: cuius principes in medio eius, quasi leones rugientes, rapientes prædam, animas deuorantes per potentiam. Ista gemina uiperarum, siue aspidum uolantium, id est principes populi, & omnis impiorum turba, ierunt ad populum, qui eis prodesse non potuit, dicente Hieremia, quod traderet dominus Pharaonem Vafre regem Aegypti in manus inimicorum eius, & in manus quærenicum animam illius: & consumerentur omnes uiri Iuda, qui erant in terra Aegypti, gladio & fame usque; ad internicionem: in tantum ut tradat Hebræi, prius quam Nabuchodonosor Aegyptum caperet, Hieremiam & Baruch imminentem captiuitatem morte uisasse. Leenam & catulum leonis quidam celesse, Hierusalem, & deceptum ex ea populum exposuit: regulumque uolantem, & uiperas, & gemina aspidum, illum de quo supra legimus, colubrum tortuosum, & de quo saluator in euangelio loquebatur: Videbam fatanam, quasi fulgur de celo cadentem: qui draco, apellatus in Apocalypsi, tertiam partem stellarum secum detraxit in terram, quæ peruersitate scientiæ priores diuitias perdidit, deferentes eas in Aegyptum huius sæculi. a ¶ Id. o. clam. sup. hoc sup. tan. est, quæ.) Pro quo nescio quid uolentes lxx. transfulerunt: annuncia ista, quoniam uana est consolatio uestra hæc. Porro Symmachus *ταραχὴ ἐστὶν κατὰ τὴν* i. tumultus sunt, ut

HEB. mentorum diuitias suas: & super gibbum camelorum thesauros suos, ad populū qui eis prodesse non poterit Aegyptus .n. frustra & uane auxiliabit. a Ideo clamaui super hoc: superbia tantum est, quiesce.

b Nunc ingressus scribe eis super buxum: in libro diligenter exara illud: & erit in die nouissimo in testimonium usque in æternū. c Populus enim ad iracundiam prouocans est: & filii mendaces, filii nolentes audire legem dei. Qui dicunt uidentibus, nolite uidere: & aspicientibus, nolite aspicere non bis ea quæ recta sunt: Loquimini nobis placentia, uidete nobis errores. Auferte a me uiam: declinate a me semitam: cesset a facie nostra sanctus Israel. d Propterea hæc dicit dominus sanctus Israel: Pro eo quod repro-

SEP. qui ferebant super asinos & camelos diuitias suas ad gentem, quæ eis non proderit: Aegyptii inania & uacua proderunt uobis. Annuncia eis: quia uana consolatio uestra hæc.

Et est senius: Quoniam in Aegyptiis unum auxilium est, præcepi ei. i. Hierusalem, siue clamaui: quod Aegyptii regni tantum haberent uocabulum, & absque uiribus superbiam, & Israel in terra sua federe, uel habitare deberet, nec frustra ab infirmis auxilium petere. b ¶ Nunc ingressus est eis sup. &c.) Aiut Hebraei, quoniam in prophetis unus sit spiritus, & omnia apud domini iuncta sint tempora, Hieremie præcipi, & dei esse mandat, ut ingressus Aegyptum scribat eis super buxum, quod lignum est impudibile, siue ut Symmachus translulit, *ἕως ἄνω* i. super latissimam tabulam. Eis autem, haud dubium quin Iudæis, & in libro diligenter edidderat, ita ut nulla difficultas sit lectionis, ut quando uaticinium fuerit rebus expletum, tunc intelligant uerum prophetarum esse sermonem. Manifesta transcurrimus, ut in obscurioribus immoremur. c ¶ Populus enim ad iracundiam, &c.) Perspicuum est, quod ad iracundiam prouocauerint dominum, Hieremie uerba audire nolentes. Qui dixerunt ei: Noli nobis uidere, quod nolimus: noli nobis interdicare uiam Aegypti, nec quæ recta sunt prædices: sed loquere quod nobis placet, ut pergamus in Aegyptum: quod cum uolent peccata peccatis. Quid nobis ingeris quod non libenter audimus? quid monstras uiam per, quam ingredi nolimus? Quid frequenter ingeminas auribus nostris: Hæc dicit dominus sanctus Israel? Cesset a nobis ista prædicatio. Secundum tropologiam, omnes hæretici mendaces filii appellantur. Ex nobis enim exierunt, sed non fuerunt ex nobis: qui non audiunt interioris hominis auribus legem dei, & ecclesiarum loquuntur magistris: Noli nobis uidere quæ recta sunt, nec gehennæ flammam comminimini, sed promittite nobis regna celorum: ut post luxuriam, & delicias, pandatur nobis paradisus. Quid mihi ostendis uiam domini, per quam non libenter ingredior? Quid replicas nomen sancti Israel, siue uerbum Israelis, quod mei peccatoris arcana non penetrat? Quod quidem, & ad populum ecclesiarum dicitur negligentem, si auerfetur a ueritate magistrorum, & adulatoribus faueat.

Psal. 80.

H

Hiero. 43. b

I. Ioan. 1.

Sup. eod.

id est